

ferro transfigi; Quas tunc Aud: putatis lachrymas; quas querelas
 quos ululatus fuisse: Audete parumper hanc Herodiana cru-
 delitatis circum intueri, at puerili triumpho gloriosissimum
 amphitheatrum; videte ergo ibi miseram parentem sparto
 capillo quam maxime potest citato gradu fugientem, et
 infantem in vasis occultantem, miles insequitur, nudato
 ferro in clamat mulier, ille stat, illa orem implorat, hic
 iubet sistere, illa ad lacubras, sed urget acerbor labro:
 quid agat? fugiat? at quorsum resistat armato famina?
 oret? non audit, ergo iniquis in faciem barbari insiliat,
 ah timet ne manus irritata, discat in matris corpore, qua
 filio infligendum sit vulnus: procumbit igitur in genua
 et te, inquit, per haec vbera matris miserere: quid miles?
 filium exhibe: quid mater? innocens est: Cum prodo
 filium, aut morere, et moriar, inquit, mater si morte
 mea filij redimatur vita: Sed nimis sicarius
 paulisper ergo, exclamat mater, donec ultima impendam os-
 cula exspecta, aut prius per hunc sinum gladium exerce,
 ut discat innocens a matre mori, sic illa et simul per-
 uuli brachia satellitij collo implicat, et per hos, inquit
 amplexus, parce innocenti sum barbarus arripit amplexu-
 tentem, et mater tenet, ille trahit, et ista trahit, ille